THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
12. Jh. Seite 66r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift



u ex dō patre natus. filiꝰ hominis factus est natus
ex uirgine. qui quasi serpens exaltatus in cruce. medi
cinā uulneribꝰ infudit humanis. Unde et ipse dns ait. Sicut moy
ses exaltauit serpentē in deserto. ita exaltari oportet filiū hoīs.
Virga enī moysi in draconē conuersa magorum obsorbuit uirgas. et
xpc post glē suę dignitatē factus ē obediens patri usq; ad mortē.
et p ipsā mortē carnis consumpsit aculeū mortis. attestante
ppha. Ero mors tua o mors. ero morsus tuus inferne. Cap. xiii.

Indurauit dns cor pharaonis. scilicet quia diabolū ita
indurauit post peccatū ut penitentię compunctionē nūq
emolliat. sicut scriptum ē de eo. Cor eius indurabitur. quasi lapis. in mob

Cap. xiiii.

Dehinc inferuntur plagę in egypto. Licet illa corpora
liter in egypto gesta sint. spiritaliter tamen nunc geruntur
in nobis. Egyptus namq; seculi forma ē. Prima plaga
in qua primo aquę uertuntur in sanguinē. aquę egyptię. erratica.
et lubrica philosophorum sunt dogmata. Quę merito in sanguinē
uertuntur. quia in rerū causis carnaliter sentiunt. Sed ubi crux xpi mun
do huic lumen ueritatis ostendit huiusmodi eū correptionibus ar
guit. ut ex qualitate penarū pprios agnoscat errores. In secda
uero ranę producuntur plaga. Quibus indicari figuraliter arbitrantur car
mina poetarū. qui inani quadā et inflata modulatione. uelut
ranarū sonis huic mundo deceptionis fabulas intulerunt. Rana
ē enī loquacissima uanitas. Ad nichil enī animal ipsū utile est.
nisi quod sonū uocis improbis clamoribus reddet et importunis. Post hec
scinphes producuntur. Hoc animal pennis quidē suspenditur per aera
uolitans. sed ita subtile ē et minutū. ut oculi uisū nisi acute cernen
tis effugiat. Corpus autē dum insederit acerbissimo terebrat
stimulo. ita ut quē uolitantē quis uidere nō ualet. sentiat stimu
lantē. Hoc ergo animalis genus subtilitati hereticę comparatur. quę
subtilibus uerborum stimulis animas terebrat. tantaq; calliditate